

Q.K.515, II.

X 23A6398

422



SCHOLARVM
MISERAM CONDITIONEM PRAESENTEM
LACRYMIS PROSEQVITVR
ORATORIBVS SVIS
AVDITORES
PARANS
SCHOLAE MARIABERG. RECTOR
M. IO. EHRENFR. WAGNERVS.



CHEMNICII
LITTERIS STOESSELIANIS.



SCHOLARIA
MISSARIUM CONSIDERATIONE ET PRAECEPTIS
TACITURNIS ET DECORATIVIS
OVIDIUS AVIUS
ADDITIONES
SCHOLAE MARINAE RECENS
MIOVNA AVGVSTINAE

CHIMICOI

SCOTTISH STATIONERY



rum, tristissimum terrae nostrae statum exercitio
oratorio deplorare, doctrinae nostrae alumni apud
animum constituerint suum; nos quoque, labori
ab hoc alieno vix pares, atque communi miseria
quasi perfusi, querelis aliquid dandum esse puta-
mus. Exponemus ergo seu lacrymis potius perse-
quemur scholarum miserrimam conditionem praesentem.

Non ii sumus, qui vitae scholasticae pertaeserimus, ubi, quod
querendum sit, non habeamus. Res enim ipsa loquitur & eam, proli-
dolor, quotidiana satis comprobat experientia, optima rerum magistra.
Quamuis enim sint nonnulli, qui, aut omnium rerum incurii, aut in-
fensissimo in scholas & earum magistros flagrantes odio, non spem so-
lum salutis, qua & ipsi destituti essent, sed salutem ipsam nobis reli-
ctam autem: sunt tamen hi fere, qui, nisi omnia ad modulum at-
que pedem suum metiri mallent, longe aliter iudicarent. Historiarum
monumenta non euoluam. Neque ex ruinis suis nunc reuocabo Athe-
nas, illas litterarum nundinas. Nec scholas Thebarum, Corinthi, E-
phesi, Tarsi, Alexandriae & alias, quae, quo bellum, famae atque ca-
lamitates reliquae scholas abripiant, satis testantur, in rei meae com-
probationem adducam. Quum rem nostram non ita negligamus, ut,
quae nos iam opprimant molestiae onera, nesciamus. Sunt vero de-
trimenta, quae rem scholasticam hoc tempore pessundant, non unius
generis. Quaedam scholis, quaedam scholae magistris, quaedam disci-
pulis tristissima quaenam non tam ominantur, quam omnino afferunt.

Scholarum dignitas ex institutione, doctrina, disciplina, celebra-
tione, vietu porro, quem porrigunt pauperibus, amore, quo eas am-
plectuntur ciues, praeconio, quo eas depraedicanter peregrini, &c., quod
est maximum, sancto Summi Numinis cultu existimanda videtur. Haec
ergo si diminuantur, scholae ipsae labefactentur atque evertantur est ne-
cessa. Quo vero magis bello & calamitate publica haec omnia non
tam atteruntur, quam perfringuntur?

Optima scholarum instituta tempore belli, quum, quo malo publico liberari possimus, magis sit attendendum, non satis consideramus, non satis recte obseruamus. Fit hoc eo magis, quo fortius

Lituo tubae

Permixtus sonitus, bellaque matribus

Detestata

hominum aures pertundunt eorumque distrahunt animos.

Diligentia, qua in addiscendis litteris nihil potest esse prius, nihil posterius, pari ratione tempore belli frigere incipit atque algere. Nam quum alius atque alius rerum tristissimarum casus omnem animi vim terrore suo frangat atque pene abiiciat; & quod diligentiae conseruatur, rumores vani & non raro mendacia tristissima abripiant; quaenam potest esse in scholis diligentia? Quae industria?

Idem fere fit hoc tempore cum disciplina scholastica. Tempore enim pacis, nullus opifex etiam, ut verbis Rabneri utar, tam bardus aut vxor tam stolida, quae formulam praescribere nobis non audeat; quid ergo tempore belli futurum est, ubi morum rusticitas atque fera viuendi ratio videtur regnare?

Scilicet est aliquid cum facuis viuere ventis.

Scholarum celebratio proficisciatur ab numero eorum, qui eas adeunt. Quum vero bellum atque fames iuuenes, nisi castra sequi velint, in agros atque sylvas disiificant, & parentibus, in primis si

res nulla minoris

Constatib patri, quam filius

etiam si haec non acciderent, pecuniam reliquaque ad litteras combibendas subfidia necessaria adimant; iam non tam de scholis dissolulis, quam desolatis erit querendum.

Sed



Sed dicat aliquis: sint scholarum alumni pauciores; eo melius ii qui adsunt pauperiores, ali, sustentarique possunt & erudiri. Quum tamen rem paullo exactius penitantes non ita possunt sentire. Bellum enim, quum ab ore patribus familias abripiat panem, eum iis eo confidentius detrahit, qui aliorum beneficiis viuunt atque a plerisque huius temporis hominibus eiusmodi habeantur, quibus totus terrarum orbis tanquam inutilibus terrae oneribus facile carere possit. Quod quomodo erga scholas indies magis ingrauecens odium succrescat atque augeatur, dici satis non potest. Nam quum respublica tempore belli nihil emolumenti ex litteris capere posse videatur, veterum Romanorum more permoti eruditioem omnem iam in Aphannas ablegandam esse credunt, huius Pindari immemores;

'Οσα δε μη περιέχει ζευς, απεγνωται

Βούν περιόδων αίρονται.

Ex hoc vero in scholas odio carum apud exterros existimatio op primitur omnis. Nam quum saepe ii ipsi, qui scholis adsunt, de iis male loquantur, quae potest carum apud exterros esse fama? Quae praedicatio, his in primis temporibus, vbi nihil nisi belli & armorum strepitus aures coecet nostras?

Et, quod omnium maxime lacrymandum, belli tempore ipse cultus DEI non, vt par erat, ardentius in scholis feruet, sed torpescit potius. Nam quum, tametsi frequententur aedes sacrae, verbum DEI per multa iam impedimenta ex belli tumultu orta suffocetur, vt non satis recte percipiatur nec fiducia in Deum inde confirmetur, sed abiiciatur, omnesque mores boni cum fera viuendi ratione committentur: quis nisi omnium rerum ignarus, etiam multa mala, imo maxima inde in scholis nasci, potest negare? O igitur scholas tristissimas! o deplorandas scholas!

Quid vero his in angustiis sit scholae magistris, quorum

Poenituit multos vanae sterilesque cathedrae tempora etiam pacis? Vellem vt, quae hic dicenda sunt, alias dice-

ret, ne animi aut laborum impatiens, aut auari aut honorum cupidi notas mihi ipse inurerem. Sed quum malevolorum perferre iniurias scholae magistrum deceat, quem dummodo vera profero, anxie verear? Cur timeam?

Odia, qui nimium timer

Regnare nescit,

Prima & satis firma scholae magistrorum querela, quam ex aliorum magis quam meo repeto ore, paucis quippe contentus, est paupertas. Parieres enim aedium nostrarum hoece quotidie fere resonant: Πόσες ἀγοραὶ τέλοις. Quae quum ita sint prospero rerum statu, quis non calamitatum tempore queratur:

Scire volunt omnes mercedem soluere nemo.

Huc accedit indies magis adaucta nostri contemtio. Scholae magistri habentur semper homunculi, οὐκ ἄξιοι φόρου δακτυλίων. Et quum belli tempore non gerant magistratus, nec castra sequantur, vulpeculae habentur, quae in foueis lateant, atque quid agatur, neque attendant neque carent. Quare obliuioni & cum obliuione contemtui, non traduntur, sed proiiciuntur vix restinguendo.

Quid ergo mirum, si omnem animi vim tandem amittant, resque suas si non odio habere, tamen negligere incipient in suum & aliorum damnum non reparandum. Sic enim

Μῆλα κανοι Φερποντινοι νεκρες.

Sed nolo his diutius immorari, ne vel cum Scellii filio contendere velle videar. Deplorabo potius quae supersunt, lineis discipulos, delicias nostras suauissimas. Quae vero eorum nunc est miseria?

Frigescit primo discipulorum in studiis feruor. Musae amant silentium, otium atque quietem, quae omnia tempore belli vel in remotissimis sylvis frustra quaeruntur. Quid ergo cum discipulis diligenteribus hic est futurum? Belli tumultus eos primo a studiis auocat, qui

qui auocati sensim deinde torpescere atque rem suam negligere incipiunt. Hinc sumtus etiam, quos in addiscendis faciunt litteris, cum tempore quo nihil carius aestimandum, abiiciuntur magis quam bene collocantur, ut finito bello a plerisque hoc audiat tritum:

O mihi praeteritos Iupiter si referat annos!

Et quid exinde tandem futurum? Maximum in studia taedium, quo perfusi discipuli nesciant, num in studiis pergent, an aliud eligant uitae genus. Haec sunt mala ex bello in scholas diffluentia strictim.

Quid vero hic est faciendum? Claudendaene sunt scholae, an diutius aperiendae? Non certe sunt claudenda, sic enim ad pietatem veramque sapientiam clauderetur aditus. Intuigilandum potius est, ut malum quodvis a scholis auertatur. Quod fieri potest, o mei, si vera vitae emendatione ostendamus, nos his malis a Deo non sine causa immisseri. Multa in scholis tempore pacis committuntur crimina, quorum poenae belli tempore sunt luendae. Haec ergo, impietatem in primis, pigritiam atque inobedientiam agnoscatis, haec deponatis meliusque vitae genus in posferum eligatis. Et quum, quae benignissima Dei est cura, eam celebretis scholam ubi armorum strepitus tantum audiatur e longinquio, omnem, o charissimi, detis operam, peto, ne haec Dei gratia sine vsu fideli abiiciatur.

Sed Oratorum meorum nunc est index scribendus.

IO. CHRISTOPH. BERTHOLDVS, auditores reddet beneuelos.

CHRIST. TRAVGOT MAEDERVIS, bellum describet praefens.

CHRIST. EHRENFRIED ANTON de ZIGESAR, Equ. anonae caritatem.

CHRIST. WILHELM FRIEDERICVS SCHMIDIVS, inde ortos morbos,

FR. EMMANVEL ERDMANN ANDREAE, inde natas rusticorum lacrymas,

CARL. WILHELM FRIED. RVDOLPHVS, opificum inopiam,

SAMVEL GOTTLIEB HELBIGIVS, mercatorum luctum,

CARL AVG. BLVHERVS, eruditorum gemitus,

CARL



AK
Tg 100
CARL CHRIST. SCHMIDIUS, nobilium querelas,
CHRIST. GODOFR. BILTZIUS, magistratum vexas.
Quos omnes latino sermone perorantes comitabuntur, Odis
Germanicis

GOTTLIEB FRIED. AVRICHIVS.

IO. CARL. NAVMANNVS.

GOTTHELF FRIED. BOETGERVS.

CARL CORNEL. BILTZIUS.

IO. CHRISTOPH. WILSCHIVS.

CARL FR. TRAVGOT CREBSIVS.

HENRIC. WILH. CARL. MAVRIT. CLANERT.

IO. GODOFR. SCHOENHERRVS.

IO. GOTHELF MEIERVS.

IO. AVG. RICHTERVS.

CARL. GOTTLIEB NEVBERTVS.

CHRIST. GOTTLÖB ZENNERSV.

Peto igitur, vt, qui Scholam amant, huic nostro exercitio inter-
esse velint benevoli. Dabam Mariabergae d. Sept.

clo Is cc lvii.



MC



Q.K.515 II.

X 2316398

422

SCHOLARVM
MISERAM CONDITIONEM PRAESENTEM
LACRYMIS PROSEQVITVR
ORATORIBVS SVIS
AVDITORES
PARANS
SCHOLAE MARIABERG. RECTOR
M. IO. EHRENFR. WAGNERVS.



CHEMNICII
LITTERIS STOESSELIANIS.

